

Carolus administrationem regni obtinuit sine contraditore.

olm.

Interea Eduardus rex Anglie supramemoratus bellum contra Philippum regem Francie continuans congregata vir-
tute militari una cum filio suo primogenito principe Wallie
mare transfretans et ad littora Normannie applicans ter-
ras regni Francie longe lateque igne et ferro vastavit, usque
ad loca et territorium civitatis Parisiensis extendens manus
suas. Cum autem per totam estatem crudeli popula-
tione regnum Francie percurrisset, circa tempora autumnii
ad loca maritima ipso cum suo exercitu divertente occur-
rit sibi dictus rex Francie in territorio ^{uu)} Potensi cum
exercitu copioso. Commisso igitur cruento bello inter re-
ges memoratos rex Anglie nedum felicem ymmo mira-
bilem propter multitudinem exercitus regis Francie fuit
victoriam assecutus. In quo quidem conflictu Johannes
rex Bohemie, pater Caroli Romani regis supradicti, rex
Navarie, dux Burgundie, comes Flandrie, comes de ³⁸⁷ Allessen
frater dicti regis Francie et quamplures alii comites
barones et preclare dignitatis notabiles viri ceciderunt.
Sed de acie perditis et interemptis tot nobilibus dictus
rex Francie necnon dictus rex Carolus Romanorum
^{ass} ~~existens~~ ^{v)} ~~eadem~~ ^{ei} ^{vv)} cum multo exercitu fuge remedio
recesserunt. Igitur rex Anglie tam preclara animatus
victoria fortunam non negligens sibi propiciam, sed

Grafton. Pontfium.

1346 aug. 26.

~~v) eadem cod. uu)~~ add. 2: apud sanctum Iudocum in loco qui Kressii dicitur.

v) existens ~~cod.~~ assistens 2. vv) eadem ~~deest~~ 2.

Lant.

38] Alençon.